Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



audi & iustus es. secundum quasi aequalis esse. Misericors dns & iustus.
Dicat aliquis si pensentur pecunia mea non possum tanta habere bona quanta
habeo mala. Nunc autem dicitur quo dns misericors & iustus. Estem
misericors in peccatoribus iustus in bonis. Incipiunt graeuare peccata mea
& uincit in sua misericordia. Propterea semel iustum posuit & secun
dum misericordia. misericors poenitet & deprecorto dicere. & dsinquid
noster miserebitur. ut semper eum misericordem eum ostendat. Custodiens
paruulus dns. Si quis magnus e. & se exaltat & superbus est. hunc non custodit
dns. si quis se magnum putat. huius non miserebitur dns. sed si quis se humiliat
huius miserebitur & custodit eum dns. Siquidem dicit. Ecce ego & pueri quos mi
hi dedit dns. Iterum. humiliatus sum & saluauit me. Dupliciter
intellegimus. humiliatus sum & saluauit me. si ue peccatis & saluabit
me. si ue cum essem superbus humiliauit me & saluabit me. Conuer
tere animam meam in requiem tuam. Quando dicitur conuertere in re
quiem tuam. ergo habuit ante requiem quam perdidit. Nemo enim
conuertitur. nisi qui pergit illuc ubi prius fuit. Os enim nos bonos
creauit. & sui arbitrii reliquit. & omnes cum adam in paradiso posuit.
Sed qua nostro arbitrio debeatudine illam cecidimus. & uenimus in ual
le lacrimarum. Propterea iustus animam suam hortatur. ut conuer
tatur illuc unde descendit. Conuertere animam meam in requiem tuam.
Locus enim iste tribulatio. locus est terra pugnatorum. iste locus lacri
marum est. ubi non licet securum ambulare. Ubicumque enim
aliquis fuerit periculum e. Sunt deserto scorpiones sunt. sunt iuxta
tibus oculos meretricis per uiae hominis. Sunt mari latrones & pi
rate. Haec omnia mistice loquor. Nec enim nunc periculum est
scouiro a latronibus interfici siquidem mastires sanguinem suum
uiceruntur. Conuertere animam meam in requiem tuam. quia dns
benefecit mihi. Quodinquid conuertis omnia in paradisum
non quia dignus es sed misericordia dni est. Ut exires de paradi
so tuo uicio factum est. Ut autem redeas misericordia dni
fuit. & nos dicamus. Anima nostra conuertere in requiem tuam.
Requies nostra xps est dns noster. Si quando fuerimus in angus
tia & coeperit nos cogitatio capiuare in peccatum dicamus. Con
uertere animam nostram in requiem tuam. Quia eripuit am
mam meam de morte. Nec dum redit in paradisum. & iam se